



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

De delectu ciborum ieiunijs, & diebus festis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

REMISSIONES.

Vide Angles in Floribus Theologicarum quæst. c. de Indulgentiis. Nau. in particulari opere, P. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 20. P. Jonez. tom. 4. prope finem, P. Henric. in Summa p. 1. lib. 7. de Indulgentiis. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 7. à num. 94. cum seq. Ægid. de Coninck de Sactam. & Censuris tom. 2. disput. 12. Baldellium super opera controuers. Bellarm. p. 1. lib. 6. de Indulgent.

De delectu ciborum, ieiunijs, & diebus festis.

Insuper hortatur sancta Synodus, & per sanctissimum Dominum nostrum atque Saluatoris aduentum Pastores omnes obtestatur, vt tanquam boni milites illa omnia, quæ sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater, & magistra, statuit, nec non ea, quæ tam in hoc Concilio, quam in alijs œcumenicis statuta sunt, quibuscumque libellis sedulo commendent; omniq; diligentia vtantur, vt illis omnibus, & ijs præcipue sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, vt ciborum delectus, & ieiunia; vel etiam, quæ faciunt ad pietatem cogendam, i vt dierum festorum deuota, & religiosa celebratio, admonentes populos crebro, b obedire Præpositis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient; quæ verò contemnunt, Deum ipsum ultorem sentient.

DECLARATIONES.

1. Vt dierum festorum deuota & religiosa celebratio. Nihil in eo, dum in consuetudine huiusque tolerata in nundinis, quæ non sunt solemaes, sed sunt peractis sacris in festo alicuius Sancti, aut eius Ecclesiam, extra tamen autum.

De Indicé librorum, & Catechismo, Breuiario, & Missali.

c Sup. Sess. 18. in princ.

Sacro sancta Synodus in secunda Sessione, sub Sanctissimo Domino nostro Pio IV. celebrata, delectis quibusdam

Concil. Trid.
cū declar.
in materia
moralis

a c. nō dæcor.
37. dist. Vigil.
in ep. ad Eu-
therum in fi.
Felix 1. in
epist. 3.

b c. qui suis
23. dist. c.
quia frater
7. q. 1. Luce.
20.